

duca repleri sunt zelo, Syriacus Repleti sunt invidia. Arabicus Pleni invidia, D. Chrylost. Pleni a mulatione.

117. Venenum in vicia sub pallio zeli.

1. Mach. 2.

D. Chrylost.

118.

Pro lege pugnat fomentum invidia.

Daniel.

119.

Math. 4.

D. Cypri.

120.

Math. 28.

Tenacissima invidia nullo frangitur signo.

Zeno lib. 2. serm. 6. ait: Quia nescit aternitas mori, D. Zeno. aut Dominus post se nichilum, & ad Judaeos remansit sola damnata voluntatis invidia: quia Dominum ne agnosceret voluerunt. Mors à Christo fugit, opprobrii in gloriam conversa, vulnere signa pio nostra salute clamant, sepulchrum non valuit Christum retinere, sola apud Judaeos tenacissime est retenta invidia, & apud Judaeos remansit sola danata voluntatis invidia.

QUAESTIO XVIII.

Quare Diabolus non valet liberare suos Veneticos à carcere, ut modo Angelus liberavit Apostolos?

Angelus in praesenti liberavit Apostolos à carcere, sicut in aliis locis, cur etiam Diabolus suos magos, ac veneticos à carcere non valet educere, ac ab omni poena eximere, cum saepe hoc Diabolus eis promittat, ut pollicitus fuit cuidam insigni venetico Ludovico de Lapenha, de quo facit mentionem Emmanuel de Valle de Incantationibus opuscul. 1. sect. 2. cap. 1. num. 3. Qui post ibi narrata iterum à Tribunali Sanctae Inquisitionis comprehensus est, & in carcere Diabolus ei apparuit promittens se eum à carcere, atque ab omni poena eximendum, quod minime praestitit; ipse enim in publico theatro fidei, ut relapsus ad ignem damnatus, & combustus est Eborae. Quaestio ergo est, cur ergo Daemon sua arte, & industria eos non potest liberare?

Respondeo primo: Non permittit Deus, ut Diabolus habeat eam praesentiam, ac benevolentiam erga suos maleficos, ac veneticos, quam ipse Deus Omnipotens habet cum suis iustis, ac sanctis, dum ad sui gloriam eos eripit à carceribus, ac ab expectatione suorum inimicorum, ut fecit cum D. Petro Actor.

Secundo ob auctoritatem, & decorem ministrorum Ecclesiae, nam videretur Diabolus de eis eludere, si malefactores, ac iniquos eriperet de eorum manibus, cum ipsi ministri Ecclesiae habeant potestatem super Demones ad eos eiciendos Marc. 3. num. 14. Deinde cum ipsis à Deo data sit potestas, ut quaecumque ligaverint in terra, ligata sint in Coelo Matth. 16. ac proinde à nullo, nec homine, nec Demone possent solvi, nisi tantum ab omnipotenti Deo.

Tertio: Ut manifeste appareat, quam falsus, ac mendax sit Diabolus in suis promissionibus, quibus solum intendit homines decipere, ut hac experientia manifesta omnes discant ei non credere, nec ejus dictis acquiescere; cum ejus promissiones sint vanae, nec liberant à carcere, nec à poena. Hanc ait Job. 41. num. 23. quod Satanas ingerit homines in mentem: Abstrahit abyssum quasi senescentem. Haec est serpentina Leviathan, ut omnem immensitatem, ac amaritudinem laborum perfrudeat homini breviter senescere, ac hebetari, D. Gregor. lib. 3. 4. Moral. sic ait: Abyssum namque senescere astringit, qui terminari quandoquidem in supplicii supernam animadversionem suat.

Quarto Deus iudex iustus non permittit, ut à Diabolo eripiantur, quia vult, ut ipsi iniqui puniantur, & debitas poenas persolvant pro suis iniquitatibus D. Bernard. serm. 11. in Psalm. Qui habitat, ait: Ubi malum flagellum quoque appropinquat, necessum est, semper enim malum poena concommittitur.

Ait Christus Dominus suis discipulis Matth. 16. num. 6.

Math. 16. Pana concitatur peccatorum.

Terra.

127.

Jerem. 17.

D. Ambr.

num. 6. Intruemini, & cavete à fermento Pharisaeorum. Per fermentum communis vox Interpretum intelligit malitiam. Et quae combinatio inter unum, & alterum inter malitiam, & fermentum? Pulchre Tertullianus lib. 4. in Marcum ait: Quia post fermentationem cibus, vel furnus gebenna sequatur. Ubi est fermentatio in massa, consequens est ignis furnum, sic peccatum statim certissimum supplicium secum importat.

Ait Deus Jeremiae 17. n. 1. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo, ungue adamantino, & exaratum super lapidinem cordis. Hanc scripturam mandat Deus exarari, tam duro & forti instrumento, ut nunquam deleatur, sed semper existens perseveret, & hoc non in marmore, nec plumbi lamina; sed in pectore peccatoris ceteris omnibus duriore. Et cur in corde? quia ibi extitit officina, ubi malitia peccati nata, simul cum ea peccati poena concemata est; catenatim se habent peccatum, & supplicium, ad quod tendit tota haec scriptura. D. Ambros. lib. 5. epist. 32. & ait: Scripta est; Iuda; culpa tua graphio ferreo; & ungue adamantino scripta in pectore tuo; hoc est scripta unde processit.

Act. 5. n. 21. Qui cum audissent intraverunt diluculo in templum & docebant. Adveniens autem Princeps Sacerdotum & qui cum eo erant, convocaverunt Concilium, & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem, ut adderentur. Num. 22. Cum autem venissent ministri, & aperto carcere non invenissent illos, reversi nuntiaverunt.

Num. 23. Dicentes: carcerem invenimus clausum cum omni diligentia, custodias stantes ante januas, aperientes autem neminem intus invenimus.

Num. 24. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi, & principes Sacerdotum, ambigebant de illis, quidnam fieret?

Versiones.

CVM EXPOSITIONE VII.

Vers. 35. Cum audissent. Verba, scilicet Angeli, & fervida obedientia, absque eo, quod per aliqua civitatis loca ambularent. Intraverunt diluculo: Graecus: sub primum diluculi punctum: Syrus Tempore aurorae, vel tempore pulcherrimis: valde enim pulcherrima est Aurora à vicino sole radiante, avium cantus, eleganti camporum aspectu, suavique florum odore. In templum: primo ad orandum, in omnibus actionibus nostris praecedat oratio; deinde facto convenienti hominum concursu ad praedicandum, ac docendum populum juxta Angeli mandatum.

Graecus. Syrus. Aurora pulcherrima.

128.

Syrus.

Syrus.

129.

Graecus.

Syrus.

130.

Syrus.

Arabic.

D. Chrylost.

Lyran.

Adveniens autem Princeps Sacerdotum, primus, & principalis convocaverunt Concilium; Syrus suos socios, & collegas nepe inferiores Pontifices, & seniores filiorum Israel, à senioribus ductum est Senatū, à senioribus maturum est Concilium larga experientia; miserunt ad carcerem, Syrus In domum vincetorum. Vers. 22. Cum autem aperto carcere. Graecus: cum carcerem aperuissent, Syrus aperuissent domum vincetorum. Vers. 23. Dicentes carcerem invenimus clausum, Syrus Clausum caute Arabicus Observatum cum omni securitate, D. Chrylost. Cum omni integritate, & addunt custodias stantes ante januas; id est, ait Lyranus diligenter custodientes; tamquam si dicat, non exierunt per

defectum clausurae, vel custodiae, & dicunt neminem intus invenimus; ergo virtute divina exierunt, quod miraculum ipsi ministri etiam inviti tenentur fateri, ex quo eos pungit Beda in praesenti; & ait: Quid profane Iudaei caeca stimularis insania, furantibus dicens Apostolis Dominum fuisse de monumento sublatum; Dic ergo eosdem Apostolos de carcere tuo clauso, cuius furto credis ablatis.

Vers. 24. Ut autem audierunt. Arabicus: Auditis his sermonibus, Sacerdos, & Praefectus Templi admirari sunt, admirati sunt: quidnam hoc futurum esset. D. Chrylost. Princeps Sacerdotum, & Dux militiae Templi. Syriacus: Obstupescerunt super his, Lucifer: Haesitabant de illis, quid illud esset: Aethiop. Procuratores Templi nesciebant, quid facerent. Tigurina Quidnam hoc sibi vellet. Vatablus Quomodo hoc factum esset. Pagninus quidnam hoc futurum esset, & omnes juxta suam depravatam malitiam in sinistram partem tem. interpretabantur: An custodes carceris fuerint pecunia corrupti ad eum aperiendum, an aliqua vi occulta vel arte magica fuisset factum, ut Apollonius Thyanaeus incarceratus Romae à Domitiano subito eodem tempore Puteolis, ut testatur ejus discipulus Philostratus lib. 8. de ejus vita, multi de hoc dubitant, & dicunt factum amore Magistri, quod de Apostolis non poterat excogitari, cum ipsi essent alta voce in templo praedicantes.

Beda.

131.

Arabic.

D. Chrylost.

Lucifer.

Aethiop.

Tigurina.

Pagnin.

Philost.

QUAESTIO XIX.

Quare Sacri Apostoli valde diluculo tendunt in Templum?

Ait Textus: Intraverunt diluculo in templum. Graecus habet sub primum diluculi punctum, hoc est valde mane, matutinum tempus valde opportunum est ad orationem, & ideo ad eam Deo exhibendam Apostoli tali tempore ibant in templum, quod consueverunt Patres antiqui Iob. 1. num. 5. Confurgens diluculo offerebat holocausta; Psalm. 62. num. 25. Deus meus ad te de luce vigilo. Proverb. 11. num. 27. Bene confurgit diluculo qui querit bona & Proverb. 8. n. 17. Mane vigilare. Jerem. 2. n. 3. De nocte confurgens. Iob. 1. num. 5. Mane vigilabo ad te. Amos 4. n. 4. Offerte mane victimas vestras, & sic multis aliis in locis.

Imo Gentiles, ut scribit Plato lib. 10. de legibus, tam Graeci, quam Barbari adorabant solem, sive Orientem, sive occidentem tamquam Deum; unde Summus Pontifex Clemens lib. 2. constitut. cap. 24. rigide reprehendit Christianos tardius ad Ecclesias adeuntes, cum Gentiles, & Judaei diluculo suas Synagogas frequentarent. Unde Sacri Apostoli in sancta, & vera doctrina illuminati ab Spiritu Sancto intraverunt diluculo in templum ad orandum, ex quibus Sacrae Religiones didicerunt media nocte Deum laudare decantantes matutinum, juxta illud David: Media nocte surgebam ad consistendum tibi; Psalm. 118. n. 62 & illud Media nocte Paulus, & Silas orantes laudabant Deum Act. 16. n. 25.

Matutinum tempus valde opportunum, ac commodum est ad orationem, in eoque offert homo Deo primitias sui cordis, ac cogitationum, omniumque suorum actionum, ex quo matutinum tempus maxime eligebat David dicens: Prævenirent oculi mei ad te diluculo Psalm. 118. n. 148. Tota ejus cogitatio, ac meditatio maxime se anticipabat, ut valde mane De mirabilia contempleretur, ejus multa beneficia sibi impensa, pro eisque multas persolvebat gratias, cuius rei rationem praebet D. Ambros. in dictum Psalm. ar. guens tepidos, & tarde exurgentes serm. 19. & ait Psalm. 118. Grave est, si se otiosum in stratis radis Solis Orientis in vererundo pudore condemat; & lux clara feriat oculos.

132.

Graecus.

Oratio matutina frequentata.

Iob. 1.

Psalm. 62.

Prov. 11.

Prov. 8.

Jerem. 2.

Amos 4.

133.

Plato.

Clemens Papa.

Gentiles.

Media nocte.

Psalm. 118.

Act. 16.

134.

Cum matutinum tempus.

D. Ambros.

Psalm. 118.



los somnolento adhuc torpore depresso. An nescis o homo, quod primitias tui cordis, ac vocis quotidie Deo debeas. Ex quo bene sequitur, quod prima luce surgendum ad Dei laudes.

135. Unde Isaias 5. nu. 11. maxime ingeiscmit: Væ, ait; qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Ebrietas omni tempore detestanda, cur potius Prophetam illam reprehendit, quæ matutino tempore contrahitur, quam quocumque alio? Sane ex eo, quia illud tempus maximè orationi est dicatum, & ab illa defraudatur, ut gula, ac imtemperantiæ impendatur. D. Ambros. lib. de Elia, ac jejunijs cap. 15. sic ait: Non immerito va illis, qui mane ebrietatis potum requirunt, quos conveniebat Deo laudes referre, prævenire lucem & vacare orationi.

136. Et si oratio maximè semper sit Deo grata, potissime tamen matutino tempore: David totus erat semper deditus in oratione, ac meditatione Dei, sic de se ait: Psalm. 118. num. 97. Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est: Tamen solum de oratione sua matutino facta ait: Psalm. 5. n. 4. Mane astabo tibi, & videbo, ac sic tunc oratio maximè esset Deo grata, indeque ex ea tali tempore, quam quocumque alio, ut ad tantum donum, ac Dei visionem, & cognitionem elevaretur: Ad hoc tendit Noster Incognitus dicens: Mane astabo tibi, astare enim Deo notat mentis directionem ad Deum, Videbo quoniam tu es, id est, Sciam, quoniam tu es, qui stabilis manens das cuncta moveri in suis actionibus, & operationibus.

137. Matutinum igitur tempus valde aptum, & proportionatum est ad Dei magnalia percipienda: Moyse ait populo Exod. 16. nu. 6. Vespere scietis quod Dominus eduxerit vos de Egypto, & mane videbitis gloriam Domini, cur non etiam vespere, sed mane; quia tunc anima purior, & defecior est ad Dei dona accipienda, & recognoscendam summam Dei largitatem, & benignitatem.

Actor. 5. num. 25. Audiens autem quidam nuntiavit eis; quia ecce viri, quos posuistis in carcerem sunt in templo stantes, & docentes populum.

Num. 26. Tunc abiit Magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi; timebant enim populum ne lapidarentur.

Num. 27. Et cum adduxissent illos statuerunt in Concilio, & interrogavit eos Princeps Sacerdotum,

Num. 28. Dicens: Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce repletis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

CUM EXPOSITIONE VIII.

138. Verf. 25. Audiens autem quidam verba Sacerdotum inquirèrium de Apostolis, sunt in templo, loco valde publico; stantes & docentes populum. In quo ostenditur summa Apostolorum constantia, generositas, ac cõfidentia; nõ enim in abscondito, nec obiter, sed firmiter, & cõstanter in publico docent, de quo iste annuntians admirabatur.

Verf. 26. Tunc abiit Magistratus cum ministris, Syrus Tunc abierunt præfecti. Arabicus Abiens præfectus Æthiop. Tunc abiit procurator templi, D. Chrysol. Dux militia, Magistratus nomen est officii, Dux nempe militum cum ipsis ad custodiam templi, ac ad ea, quæ ad ipsum templum pertinebant, ut dixi supra c. 4. q. 1.

n. 8. His cum suis ministris abiit. Adduxit illos sine vi. Arabicus. Non violenter. Æthiop Magnates se gerentes erga eos. Hoc est, leniter, ac honorificentia eos duxit, ut fieri solet cum magnatibus, & rationet subdit Textus; Ne lapidarentur.

Promptè venerunt Sacri Apostolicum facile se potuisset sua divina virtute, ac populi auxilio tueri, noluerunt tamen, ut nobis magnum præberent documentum Evangelicæ patientiæ, humilitatis, constantiæ, ac obedientiæ erga magistratus, affectuque procurandæ pacis, & evitandi seditiones, quod maxime eis fuit commendatum a suo Divino Magistro Ioan. 14. n. 27. & cap. 20. n. 1. & 26. Deinde quiam eorum sancta, & pura conscientia magnum illis erat præsidium, ut nihil timerent. Deinde addunt Lyranus; Hugo, & Hugo. Fuit prompta voluntas veniendi, securitas de assistentiâ Dei, ut eis promissum fuit a Christo Domino Matth. 10. num. 17.

Ne lapidarentur, Syriacus: Ne lapidibus obrueret eos populus, ministri tam honorifice se habebant erga eos, non timore Dei, sed populi, sic Herodes venerabatur Ioannem propter populum, qui eum tanquam Prophetam habebat, Matthæi 14. num. 5. & hac de causa Iudæi sæpe revocati a cæde Christi, Matthæi 21. numer. 46. Marc. 11. numer. 18. Luc. 19. numero quarto. Bene poterant isti homines advertere quod Deus, qui tanta mirabilia operatus fuerat per manus Apostolorum, eos etiam poterat eripere tanquam volucres, ut notat D. Chrysol. sed mirabilis conditio humana potius homines, quam Deum pertimecit.

Verf. 27. Et cum adduxissent illos, statuerunt in Concilio. Syriacus coram tota Synagoga. Tunc fuit adimpletum vaticinium dictum a Christo D. Matth. 10. n. 17. Tradent vos in Concilia, & in Synagogis suis flagellabunt vos: Apud Iudæos criminosi ducebantur ad Synagogam, hoc est ad concionem totius populi, ubi qui erant flagellis digni flagellabantur, vel juxta crimen lenioribus pœnis pledebantur, Conciliũ autè Synedrin ad graviore causas pertinebat.

Verf. 28. Dicens præcipiendo præcepimus vobis, Arabicus præcepimus mandato præciso, Syriacus & Arabicus Arias per interrogationem: Nomen præcipiendo præcepimus ad majorem efficaciam, & energiam eos arguendi. Repletis Ierusalem doctrina vestra, eos accusat tanquam commotores, ac seductores, qui novâ doctrinâ volunt populum decipere, ac commovere.

Vultis inducere super nos sanguinem, id est vultis nos reos facere homicidii Christi, ejusque quasi injuste occisi pœnas a nobis deposcere tũ apud Deum, & plebem, tum etiã apud Romanos rerum dominos potentes scelerum vindices, sed oblitus es õ Caipha, ait Boda, de his, quod ipse sibi, & suis imprecatus fuerat, dicens, sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

Hominis istius Bis Christum Iesum intelligit tam modo hic, quam supra in hoc versu: Ne doceretis in nomine isto, nomen sanctum Iesu intelligens, quem expresse non exprimit: Primo, ut ait Glossa Propter claritatem nominis os impurum tantum nomen capere non poterat Secũdo ex invidia Sacrosanctum nomen intendebant abolere, ac ex hominum memoria avellere, tũ etiã propter odium, quos enim odio habemus, nec videre, nec audire, nec nominare volumus.

Act. 5. num. 29. Respondens autem Petrus, Apostoli dixerunt: Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.

N. 30. Deus Patrum nostrorum suscitavit Iesu, quæ vos interemistis suspendentes in ligno

Num. 31. Hunc Principem, & Salvatorem Deus exaltavit dextera sua ad dandã poenitentiam

nitentiam Israeli, & remissionem peccatorum. Num. 32. Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus Sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.

CUM EXPOSITIONE IX.

Verf. 29. Respondens Petrus, & Apostoli. Lyranus existimat solum Petrum locutum, ne fieret vocum confusio. Aptius tamen Glossa Interlinealis, Carthusian. Historia Ecclesiastica cap. 17. tenent Petro inchoante, ceteri Apostoli prosecuti magno zelo, & fervore concepta ejus dicta approbantes, ac confirmantes, multa tamen eum modestia, ac reverentia.

Obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Æthiopicus: Oportet nos placere Deo potius, quam ut placeamus homini: Non negant eos habere potestatem præcipiendi, ac leges condendi, quod hodie de Præfectis Ecclesiæ negant hæretici, sed negant eis obedientiam, cum aliqui præcipiant legibus Dei repugnantibus; omnis enim humana potestas subordinata est Divinæ, ut ait D. Bernard. lib. de præcepto, & dispens. cap. 2. Sive Deus sive homo Vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reverentia deferendum, ubi tamen Deo contraria non præcipit homo.

Verf. 30. Deus Patrum nostrorum D. Chrysol. ait: Magna cum sapientia ostendunt, quod illi cum Deo pugnant, ac proinde illis non sit obediendum, & ad conciliandam benevolentiam, eundem Deum, ac Patrem dicunt Patrum nostrorum. Lyranus: Quem coluerunt Patres nostri. Quem vos interemistis suspendentes in ligno. Arabicus Appendentes eum trahi. Æthiopic. Quem vos necastis. Et sic non imponimus vobis sanguinem ipsius effusum a vobis cujus rei vos estis testes, & hic fit repetitio illius, quod supra dicitur cap. 2. n. 3. & c. 3. n. 7. quod ibi satis est explicatum.

Maxime nota, quod tam hic, quam proximè citatis locis habentes Apostoli cum Principibus Synagoga sermonem, a Christi passione incipiunt, ut ipsa commemorata patienter sustinerent tempestatum contrarietates, quæ in ipsos ab adversariis excitabantur, ut carceres, vincula, cruces, gladios ac fastes, qui adversus ipsos parabantur, cõstanter, fortiterque sustineret; D. Cyprian. lib. 3. epist. 25. ad Martyr. ait: Neque enim ad fastes christianum corpus expavit, cujus spes omnis in ligno est. Vide tom. 5. in Evangel. lib. 8. cap. 1. q. 1. 6. n. 9. 9. 1. 2. & 93.

Verf. 31. Hunc Principem. Æthiopic. Principem videri dicitur ab Isaiã Princeps pacis. c. 9. n. 6. Et Salvatorem, sic ab eodem Isaiã proclamatur cap. 12. n. 2. Ecce Deus Salvator meus & cap. 6. n. 1. Ecce Salvator meus venit. D. Aug. lib. 3. de Trinit. c. 10. ait: Qui est hebraice Iesus, nostra autem locutione Salvator est.

Exaltavit dextera sua, hoc est potentia sua. Supra verf. 30. facit mentionem de Resurrectione. Quem Deus suscitavit, hic vero cum ait: Exaltavit sua mirabili Ascensione ut exponunt D. Chrysol. & alii, & etiam exaltavit per miraculũ, prædicationem Evangelicam, nominis claritatem, & subijciendo ei multas gentes, quæ passim ad Ecclesiam veniunt. Ad dandam poenitentiam Israel, ut per Christi merita addocantur ad veram poenitentiam, ut gratia habituali infusa justificentur, ac sanctificentur, ut docet Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. contra errores Calvinii.

Verf. 32. Et nos sumus testes horum verborum, & Spiritus Sanctus Pagninus. Tigrina: Insuper autem

Spiritus Sanctus: Utrumque fuit prædictum a Christo D. Ioan. 15. n. 26. Ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis. Cum ergo dicitur: Nos testes sumus horum verum, nempe Resurrectionis, Ascensionis, & salutis æternæ, a Deo per Christum credentibus promissæ, ut ait Lyranus. Insuper & eorum omnium testis est etiam Spiritus Sanctus, cum per se ipsum veniens in die Pentecostes sub figura ignis, & ventum per nos tor, & tanta miracula, ac signa operans ad has veritates quas prædicamus, veluti cœlestibus sigillis suis comprobans, ac confirmans, & ideo de Spiritu Sancto loquens Paulus ait. Roman. 8. n. 16. Ipse etiam nunc testimonium reddit Spiritui nostro, quod Filii Dei sumus. Operibus quibus operatur in nobis, nos ostendit Filios Dei.

Et quia Spiritus Sanctus addocitur ab Apostolis ad omnia supradicta confirmandã ac corroborandã, ideo ab eis ponitur in ultimo loco. Quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Syrus: Qui credunt in isto. Arabicus Qui obediunt ei. Nam qui verè credit in Deum est illi obediens; est enim Spiritus Sanctus testis omnibus per fidem, spem, ac legis Evangelicæ observantiam se illi subijcitur. D. Cyrill. in Ioan.

Act. 5. num. 33. Hæc cum audissent, discabantur, & cogitabant interficere illos. Num. 34. Surgens autem quidam in Concilio Pharisæus nomine Gamaliel legis doctor honorabilis universæ plebi, jussit totas ad breve homines fieri.

CUM EXPOSITIONE X.

Verf. 33. Et cum audissent, discabantur. Syrus: Corripiebantur furore, vel exardebant furore. Arabicus Molesti, atque amaro animo intulerunt. Lucifer Fremebant. Æthiop. Indignati sunt. Hebraicus Se ipsos dilacerantes erant præ furore, ac impavencia. Aptissime tamen noster Interpret venit: discabantur; nam irati animus tanquam serra, vel gladiolo scinditur, & æstuans in vacios motus, ac cogitationes fertur.

Quod in eis erat ob exaltationem nominis Iesu exauditum valde durum erat: tum etiam quia non poterant infringere, nec ad verba Apostolorum respondere, ut solet fieri, illi qui devicti sunt, & non possunt verbis satisfacere, solent ad opprobria, & arma confugere, & ideo: Cogitabant interficere illos. Syriacus: Machinabantur eos interficere. Arabicus Conspiciebantur, ut interficerem eos, ut dicitur Sapient. 17. n. 10. Semper præsumit seiva perturbata conscientia, seu timebant populum, qui Sacros Apostolos, ut dignum erat, in multa reverentia habebat.

Verf. 34. Surgens autem quidam. Syriacus: Surrexerat autem quidam honoratus ab omni populo. Arabicus. Valde honorandus. Divus Chrysolostomus In precia habitus apud totum populum: & ait Textus Surgens, quia ut conciliarius sedebat, & cum per ordinem dicitur esset suam sententiam, forte ex more surgebat.

Pharisæus ex Hebræo idem est, ac separatus ab alijs, seu Explanator, de quibus multa Josephus libro 13. antiq. capit. 8. & 9. & libro 18. capit. 2. dicitur explanator, quia legem, & ejus præcepta explanabat ad populum. Dicitur separatus ab alijs, religione; nam fatebantur resurrectionem, ac vitæ sublimitatem, & ideo sumbrias protrahabant usque ad talos, ac pedes, in quorum extremitate gestabant spinas, ut scribit D. Hieronymus in cap. 23. Matthæi, ut earum punctationibus tibias, & pedes cruentarè